

*forte veritas

congregatione propositi servientes, deprecamur, ut digneris nostro officio salvare, ut cum tua Beatitudine omnes pro nobis orare dignentur. Indiscrēpans * trinitas Domini nostri Iesu Christi apostolatum tuum, quem elegit per gratiam, conservet nobis in Ecclesia sua, & nostri memorem coronet in Ecclesia magna; quod optamus, domine. Si quid autem famulus tuus Sanctitatis fratres suggesserit Florus, pro regula monasterii; digneris, pater, petimus, libenter accipere, per omnia nos infirmos instruere.

* Al.
CCLVII.

EPIST. * CCLVIII.

Augustinus Saturnino & Eufrati.

Dominis dilectissimis fratribus presbyteris, Saturnino & Eufrati, & clericis, qui vobucum sunt, ad unitatem Christi pacemq; conversis,

Augustinus, episcopus, in Domino S.

Ad Eph. 5.

23.

Ad Col. 1.

18.

Psal. 56.

(57.) 12,

ad Tim.

3.15.

Psal. 95.

(96.) 1.

Ad Eph. 4,

23.

Ps. 56. (57.)

12.

Lætificavit nos vester adventus: sed non vos absentia nostra contristet. In illa enim Ecclesia sumus, quæ propitio Deo, licet usquequaque porrectæ & toto orbe diffusa sit; unum tamen corpus est magnum unus capitum magni; quod caput ejus est ipse Salvator; sicut Apostolus dicit. De hujus autem capitum glorificatione, quæ post ejus resurrectionem futura fuerat, tanto ante propheta prædixit: *Exaltare super cœlos, Deus: & quia, illo super cœlos exaltato, Ecclesia ejus omnem terram copiosâ fœcunditate fuerat impletura, consequenter idem Psalmus ad junxit: Et super omnem terram gloria tua.* Proinde, dilectissimi, stabili mente & firmissimo corde sub tam excelso capite, in tam gloriose corpore, persistamus, in quo invicem membra sumus. Unde et si remotissimis terris mea longinqua esset absentia; in illo simul essemus, à cuius corporis unitate recedere non debemus. Si enim nos una domus haberet; utique simul esse dicemur: quanto magis simul sumus, cum in uno corpore simul sumus? *Quanquam & in una domo nos esse Veritas ipsa testatur, quoniam sancta Scriptura, quæ corpus Christi esse dicit Ecclesiam, ipsa itidem dicit, Ecclesiam eandem esse domum Dei:* sed hæc domus non orbis terræ uno angulo ædificatur; sed per omnem terram. Unde ille Psalmus, in cuius titulo legitur: *Quando domus ædificabatur post captivitatem;* sic incipit: *Cantate Domino canticum novum: cantate Domino, omnis terra.* In vetustate quippe veteris hominis, orbem terræ diabolus captivaverat: post hanc captivitatem cum ædificatur domus, renovatio fidelium significatur in homine novo. Uade dicit Apostolus: *Exuite vos veterem hominem, & induite eum, qui secundum Deum creatus est: & quia hoc per omnem terram fit in unitate catholica;* sicut in alio Psalmo dictum est: *Et super omnem terram gloria tua;* sic